LIBER DE STVDIO PACIS,

COMPENDIO SCRIPTVS.

PER R. P. F. IOANNEM
à Iesu Maria,
Carmelitam Discalc atum
Calaguritanum,
CONGREGATIONIS S. ELIAE
Præpositum Generalem.

SVPERIORVM PERMISSV.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Crithium,
ANNO M. DC. XIV.



Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. P.M.S.Palatij Apost.

Cæsar Fidelis Vicesg.



Imprimatur,

Fr. Damianus à Fonseca Mag. & Socius Reuerendissimi P.Fr. Ludouici Ystella S. Pal. Ap. Mag. Ord. Prædicatorum.

ILLVSTRISSIMO,
AMPLISSIMOQVE D. D.

ODOARDO FARNESIO,

S. R. E. Cardinali
F. *IOANNES S.*

RECENS pacis lætitia, quæ in medio æstatis ardore, flagrantem Italiam velut immisso aquæ cælestis amne perfudit, animum excitauit meum, Cardinalis Illustrissime, vt pacis studium breui scripto commendarem, interim dum inchoati, restinctique belli malum, & inuectæ pacis bonum obuersatur oculis, alterumque ab altero discrimine lato secernitur. Nul-

lum quippe tempus ad pacis ſtudium perſuadendum opportunius, quàm vbi animi diſcordiæ damna perſentiunt. Hanc ergo ſcribendi occaſionem nactus, explebo deſiderium, quod iampridem in animo coaluit, vt meam in te obſeruantiam ſcripto aliquo profiterer. Quam autem ad rem pacis ſcriptum tibi dedicem, ex ea liquet humanitate, ac modeſtia laudatiſſima, qua omnes excipis, & affaris, vt ad conciliandos animos, paciſque fœdera ſancienda videaris natus. Quod quidem eò cenſendum mirabilius, quò generis claritas luculentior, opum affluentia maior, dignitas excelſior eſt. At omnia hæc pietas moderatur,

tur, temperant & virtutes heroicæ, quas ſilentio præterire malui, ne laudem, quam perficere nequeo, incaſſum attentem. Tu veró, Cardinalis Illuſtriſſime, ſcriptum ingenio tuo conſentaneum non ſcriptoris merito, ſed voluntate perpenſa, humaniter accipe, atque perluſtra, vt & alij auctoritate tua planè maxima permoti, lectionis huius occaſione in pacis ſtudium conſtanter incumbant. Ego vero Clementiſſimum Deum impensè precabor, te, Cardinalis Illuſtriſſime, diu tueatur incolumem, & ad æternæ pacis fruitionem confecto mortalitatis curſu denique prouehat.

LECTORI.

DECET profectò, Ecclesiæ filios diuinæ charitatis vinculo necti, pacíq; accuratissimè studere, vt bona plurima pariant, & innumera mala præcaueant, æternæq; salutis viam expediti, alacresq; percurrant. Huc ego incubui, dum, quæ ad pacis amorem, ac studium præsertim conferre possent, breui scripto contexui, quod in partes digessi sex. In prima posui prænotiones; in secunda pacis fructus, in tertia pacis acquirendæ, ac tuendæ modos, in quarta pacis detrimenta; in quinta perfectionem pacis; in sexta persuasionem. Imprimat, oro, clementissimus Deus Lectorum animis perfectum pacis amorem, qui altas desigat radices, quas nullus vnquam turbo reuellat.



PARS PRIMA.

DE PRAENOTIONIBVS.

Quidnam rei sit Pax. *Cap.* I.



PAX, quod ad nos attinet, est harmonica propriarum hominis vnius appetitionum inter se, & cum alterius hominis appetitionibus congruentia. Neque enim pax propriè accepta constare potest nisi affectus hominis ita temperentur, vt interni eius motus mutuò primùm, & mox cum aliorum hominum motibus cohæreant. Subest apposita similitudo citharæ, cuius fides ad proportionem musicam intentæ, & cum alterius citharæ fidibus consonæ, perfectam pacis imaginem referunt: vbi perspectum est, harmonicum concentum reddi non posse, si vel altera cithara dis- S.Th. 2.2.q.27.ar.1.

ſonet alteri, vel vna ſaltem chorda minimè conſonet. Nimirum, vt bonum perficitur integritate quadam, deteriturque quocumque defectu, ita & pax conſenſione conflatur integra, quouiſque diſſenſu minuitur. Ex quo planè conficitur, perfectam pacem nulli perturbationi obnoxiam, in cæleſti dumtaxat gloria, velut in ſolo pingui prouenire; in hoc verò exilio, vbi vel ab alijs, vel à ſe ipſo mortalis homo paſſim diſſentit, non
2.2. q. omnibus abſolutam numeris pacem
27 a.2. coaleſcere; quod à S. Thoma altè per-
ad 4. penſum eſt.

Diſcrimen inter pacem, & concordiam. Cap. II.

NOn oraculis tantùm diuinis, ſed experientia quoque aſſertrice peruincitur, impios pace minimè frui, quos tamen conſtat eſſe plerumque concordes; vt fatendum ſit, à concordia pacem longè differre. Concordia ſcilicet duorum idem appetentium conſenſum, & duo in vnũ conſpirantia corda ſignificat, quod impijs,

impijs,ad res animo conceptas explendas, crebrò accidit: pax verò quæ impijs, iuxta Isaiæ vaticinium, deest,non duorum animorum idem bonum cupientium consensionem modò,sed vnius etiam hominis partium concentum includit. Quocirca pax altior multò, & pretiosior, quàm concordia est;licet vulgus huius discriminis ignarum pacis, & concordiæ nomina permisceat, & promiscuè,vt libet,vsurpet.

Isai.48.

S.Tho. 2.2.q. 29. ar. 2. ad.3.

Distinctio pacis veræ, & apparentis.
Cap. III.

CVm pax in appetitus quiete consistat, appetitusque ipse nunc in vera, nunc in apparentia bona feratur,vt quiescat; omninò exploratum est, pacem modò veram, modò apparentem ex varia bonorum fruitione succrescere. At vera pax nisi in viris bonis, & erga vera bona minimè prouenit,cum sit opus iustitiæ,vt ab Isaia memoriæ proditum est:falsa verò è malis ipsis, quæ bona putantur,velut senticosa sylua

Isai.32.

 è sterili

è sterili solo ab scelestis hominibus, tanquam ab stupidis agricolis, demetitur, sicut scriptum est: *In magno*
Sap. 14. *viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.* Excipiet fortasse lector, videri sibi pacem veram, quam ex libidine expleta, vel ex vindicta elicuit, cum ibi quieuerit: cæterum errat planè, licet enim malum, quod sub imagine boni placet appetitum quodammodo sedare videatur; ingerit tamẽ aculeos, quibus animus angitur, atque peruellitur: quæ profectò ratio theologica est, præterquamquòd veritas hæc ab ipsis ethnicis asseritur, vt patet ex illo;

———————Cur tamen hos tu

Euasisse putes, quos diræ consciæ culpæ

Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,

Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Pa-

Pax vera proprius charitatis effectus est.

Cap. IV.

DVplex, vti superiùs posuimus, consensio pacem conflat; altera, qua vnius hominis appetitiones inter se cohærent; altera, qua cum aliorum hominum affectibus connectuntur. Cùm ergò diuina charitas omnes hominis vires coagmentet, ac in Deum primogenito amoris actu referat, proindeque omnes eas mutuo vinciat, atque contexat, hominisque ipsius animum proximi animo ad eadem optata mirificè adaptet; omninò conficitur, pacem veram propriè à diuina charitate procreari: quod S. Thomas accuratè pensitauit, Ex quo sanè liquet, pacem veram sine gratia gratum faciente, à qua charitas nunquam seiungitur, constare non posse, quod in S.Tho. 2.2.q.29. ar.3.

 secun-



Christus prætereà, inter
es, quasdam scilicet cæle-
dinis velut inchoationes,
posuit, verbis vsus illis:
fici. Pacifici autem, asserto-
ino, *in semetipsis sunt, qui*
ni sui motus cōponentes, &
s rationi, idest, menti, & spi-
nalesq; concupiscentias ha-
onitas, fiunt regnum Dei.
ustinus: quibus apertè con-
ipsa hominem in statum
cœlestem eueh. i, qui per-
eximiam, quæ beatitudi-
catu proditur, animo con-
autem pax, in hac etiam
te, eo pertingit, vt felici-
iæ gaudia prælibet, perfe-
ue Cælitum velut inchoet;
profectò, pacem rem esse
mam, & inter prima bona
cio reponendam.

Matt. 5.

Aug. l. 1. de Ser. Domini in monte.

mnia pacem appetunt.

Cap. V I.

planè liquet, quàm fit æsti-
dum pacis bonum, quòd

secundi argumenti solutione idem Sanctus Doctor asseruit. Qualis ergo dementia est, spreta Dei gratia, violataque diuinæ charitatis lege, à qua pax ingenuam ducit originem, pacem minimè legitimam mente confingere, ac ex voto successuram credere? Porrò insanus censendus, qui fructum miti dumtaxat ex arbore prouenientem, inter horrentia spineta requirit.

Pax vera recensetur inter Spiritus Sancti fructus, & beatitudines.
Cap. V.

Virtutum actus, qui, Spiritu Sancto afflante, voluptatem pariunt, apposita similitudine appellantur fructus, quibus multò perfectiùs, quàm fructibus arborum corpora, reficitur animus, ac oblectatur. Recensuit autem Apostolus inter Spiritus Sancti fructus pacem, qua quidem efficitur, vt homo externis euentibus minimè perturbetur, & internis appetitionibus in Deum conspirantibus mirificè delectatus conquiescat.

S. Tho. 1. 2. q. 70

Gal. 5.

quiescat. Christus præterea, inter beatitudines, quasdam scilicet cælestis beatitudinis velut inchoationes, pacem reposuit, verbis vsus illis: *Beati pacifici. Pacifici autem*, asserto- re, Augustino, *in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus cōponentes, & subijcientes rationi, idest, menti, & spiritui, carnalesq́ concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei.* Hæc Augustinus: quibus apertè conficit, pace ipsa hominem in statum quendam cœlestem eueħi, qui perfectionem eximiam, quæ beatitudinis significatu proditur, animo conciliat. Si autem pax, in hac etiam mortalitate, eo pertingit, vt felicitatis æternæ gaudia prælibet, perfectionemque Cælitum velut inchoet; fatendum profectò, pacem rem esse pretiosissimam, & inter prima bona æquo iudicio reponendam.

Matt. 5.

Aug. l. 1. de Ser. Domini in monte.

Omnia pacem appetunt.
Cap. V I.

EX eo planè liquet, quàm sit æstimandum pacis bonum, quòd

secundi argumenti solutione idem Sanctus Doctor asseruit. Qualis ergo dementia est, spreta Dei gratia, violataque diuinæ charitatis lege, à qua pax ingenuam ducit originem, pacem minimè legitimam mente confingere, ac ex voto successuram credere? Porrò insanus censendus, qui fructum miti dumtaxat ex arbore prouenientem, inter horrentia spineta requirit.

Pax vera recensetur inter Spiritus Sancti fructus, & beatitudines.
Cap. V.

S. Tho. 1. 2. q. 70. VIrtutum actus, qui, Spiritu Sancto afflante, voluptatem pariunt, apposita similitudine appellantur fructus, quibus multò perfectiùs, quàm fructibus arborum corpora, reficitur animus, ac oblectatur. Recensuit autem Apostolus inter Spiritus Sancti fructus pacem, qua quidem efficitur, vt homo externis euentibus minimè perturbetur, & internis appetitionibus in Deum conspirantibus mirificè delectatus conquiescat.

Gal. 5.

quiescat. Christus prætereà, inter beatitudines, quasdam scilicet cælestis beatitudinis velut inchoationes, pacem reposuit, verbis vsus illis: *Beati pacifici. Pacifici autem*, asserto-re, Augustino, *in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus cōponentes, & subijcientes rationi, idest, menti, & spiritui, carnalesq; concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei.* Hæc Augustinus: quibus apertè conficit, pace ipsa hominem in statum quendam cœlestem euehi, qui perfectionem eximiam, quæ beatitudinis significatu proditur, animo conciliat. Si autem pax, in hac etiam mortalitate, eo pertingit, vt felicitatis æternæ gaudia prælibet, perfectionemque Cælitum velut inchoet; fatendum profectò, pacem rem esse pretiosissimam, & inter prima bona æquo iudicio reponendam.

Matt. 5.

Aug. l. 1. de Ser. Domini in monte.

Omnia pacem appetunt.
Cap. VI.

EX eo planè liquet, quàm sit æstimandum pacis bonum, quòd

ſecundi argumenti ſolutione idem Sanctus Doctor aſſeruit. Qualis ergo dementia eſt, ſpreta Dei gratia, violataque diuinæ charitatis lege, à qua pax ingenuam ducit originem, pacem minimè legitimam mente confingere, ac ex voto ſucceſſuram credere? Porrò inſanus cenſendus, qui fructum miti dumtaxat ex arbore prouenientem, inter horrentia ſpineta requirit.

Pax vera recenſetur inter Spiritus Sancti fructus, & beatitudines.

Cap. V.

S. Tho. 1. 2. q. 70. VIrtutum actus, qui, Spiritu Sancto afflante, voluptatem pariunt, appoſita ſimilitudine appellantur fructus, quibus multò perfectiùs, quàm fructibus arborum corpora, reficitur animus, ac oblectatur. Recenſuit autem Apoſtolus inter Spiritus Sancti fructus pacem, qua quidem efficitur, vt homo externis euentibus minimè perturbetur, & internis appetitionibus in Deum conſpirantibus mirificè delectatus conquieſcat. Gal. 5.

quiescat. Christus præterea, inter beatitudines, quasdam scilicet cælestis beatitudinis velut inchoationes, pacem reposuit, verbis vsus illis: *Beati pacifici. Pacifici autem*, asserto- re, Augustino, *in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus cōponentes, & subijcientes rationi, id est, menti, & spiritui, carnalesq́ concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei.* Hæc Augustinus: quibus aperte conficit, pace ipsa hominem in statum quendam cœlestem euehi, qui perfectionem eximiam, quæ beatitudinis significatu proditur, animo conciliat. Si autem pax, in hac etiam mortalitate, eo pertingit, vt felicitatis æternæ gaudia prælibet, perfectionemque Cælitum velut inchoet; fatendum profectò, pacem rem esse pretiosissimam, & inter prima bona æquo iudicio reponendam.

Matt. 5.

Aug. l. 1. de Ser. Domini in monte.

Omnia pacem appetunt.
Cap. VI.

EX eo planè liquet, quàm sit æstimandum pacis bonum, quòd

è ſterili ſolo ab ſceleſtis hominibus, tanquam ab ſtupidis agricolis, demetitur, ſicut ſcriptum eſt: *In magno*
Sap.14. *viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.* Excipiet fortaſſe lector, videri ſibi pacem veram, quam ex libidine expleta, vel ex vindicta elicuit, cum ibi quieuerit: cæterum errat planè, licet enim malum, quod ſub imagine boni placet appetitum quodammodo ſedare videatur; ingerit tamē aculeos, quibus animus angitur, atque peruellitur: quæ profectò ratio theologica eſt, præterquamquòd veritas hæc ab ipſis ethnicis aſſeritur, vt patet ex illo,

——————Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diræ conſcia culpæ
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Ra

Pax vera proprius charitatis effectus est.

Cap. IV.

DVplex, vti superiùs posuimus, consensio pacem conflat; altera, qua vnius hominis appetitiones inter se cohærent; altera, qua cum aliorum hominum affectibus connectuntur. Cùm ergò diuina charitas omnes hominis vires coagmentet, ac in Deum primogenito amoris actu referat, proindeque omnes eas mutuo vinciat, atque contexat, hominisque ipsius animum proximi animo ad eadem optata mirificè adaptet; omninò conficitur, pacem veram propriè à diuina charitate procreari: quod S. Thomas accuratè pensitauit, Ex quo sanè liquet, pacem veram sine gratia gratum facіente, à qua charitas nunquam seiungitur, constare non posse, quod in S. Tho. 2.2.q.29. ar.3.

 secun-

ſecundi argumenti ſolutione idem Sanctus Doctor aſſeruit. Qualis ergo dementia eſt, ſpreta Dei gratia, violataque diuinæ charitatis lege, à qua pax ingenuam ducit originem, pacem minimè legitimam mente confingere, ac ex voto ſucceſſuram credere? Porrò inſanus cenſendus, qui fructum miti dumtaxat ex arbore prouenientem, inter horrentia ſpineta requirit.

Pax vera recenſetur inter Spiritus Sancti fructus, & beatitudines.

Cap. V.

S. Tho. 1. 2. q. 70. VIrtutum actus, qui, Spiritu Sancto afflante, voluptatem pariunt, appoſita ſimilitudine appellantur fructus, quibus multò perfectiùs, quàm fructibus arborum corpora, reficitur animus, ac oblectatur. Recenſuit autem Apoſtolus inter Spiritus Sancti fructus pacem, qua quidem efficitur, vt homo externis euentibus minimè perturbetur, & internis appetitionibus in Deum conſpirantibus mirificè delectatus conquieſcat.

Gal. 5.

quiescat. Christus prætereà, inter beatitudines, quasdam scilicet cælestis beatitudinis velut inchoationes, pacem reposuit, verbis vsus illis: *Beati pacifici. Pacifici autem*, asserto- Matt.5.
re, Augustino, *in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus cōponentes, & subijcientes rationi, idest, menti, & spiritui, carnalesq; concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei.* Aug. l. 1. de Ser. Domini in monte.
Hæc Augustinus: quibus apertè conficit, pace ipsa hominem in statum quendam cœlestem euehi, qui perfectionem eximiam, quæ beatitudinis significatu proditur, animo conciliat. Si autem pax, in hac etiam mortalitate, eo pertingit, vt felicitatis æternæ gaudia prælibet, perfectionemque Cælitum velut inchoet; fatendum profectò, pacem rem esse pretiosissimam, & inter prima bona æquo iudicio reponendam.

Omnia pacem appetunt.
Cap. VI.

EX eo planè liquet, quàm sit æstimandum pacis bonum, quòd omnia

omnia pacem appetunt, vt ex Sanctis Dionysio Areopagita, & Augustino S. Thomas apertè docuit. Quod adeò vniuersè verum est, vt ne ipsi, qui bella gerunt, ab studio pacis absistant. *Pacis enim* (ait Aug.) *intentione geruntur & bella, ab his etiam, qui virtutem bellicam student exercere imperando, atque pugnando.* Et paulò pòst: *Latrones ipsi, vt vehementius, & tutiùs infesti sint paci cæterorum, pacem volunt habere sociorum.* Hæc August. de hominibus quantumuis flagitiosis: nam pacem à bonis expeti, à nemine ambigi potuit. A feris demum sæuissimis pacem exquiri confirmat in hæc verba: *Ipsæ enim sæuissimæ feræ genus proprium quadam pace custodiũt coëundo, gignendo, pariendo, fœtus fouendo, atque nutriendo, cùm sint pleræq; insociabiles, & soliuagæ: non scilicet vt oues, cerui, columbæ, sturni, apes: sed vt leones, vulpes, aquilæ, noctuæ.* Hæc Aug. de feris. Si ergo quę pacem, vel culpa odisse, vel natura respuisse videntur, pacem omninò affectant; viri

S. Th. 2. 2. q. 29.

L. 19. de Ciu. Dei cap. 12.

viri sapientis erit, in studium pacis, quam humanæ naturæ societas, & diuinæ charitatis lex potissimùm exigit, constanter incumbere. Hic prænotionum scopus esto.



PARS SECVNDA.

DE NONNVLLIS E POTIORIBVS pacis fructibus.

Lætitia. Cap. I.



VBI bellum geri cœpit, vrbemque licet bene septam obsidio cinxit, vix nisi experti credent, quàm decumbant animi mœstitia cõtracti, & ad horas penè singulas neci obnoxij. Perstrepunt cornua rauco cãtu, incerta tela in medias librãtur plateas, ignei globi tectis inijciuntur obsessis, in præ-

ferra-

ferratas portas multiplex, ac violentà fit irruptio, horrendo crepitu mœnia tormentis quatiuntur, tremendo cum fragore fastigiata ædificia corruunt, & glandibus plumbeis icti propugnatores, ac excubitores intereunt. Hæc mœstissima instantis mortis imago. Huic si obsidione depulsa, vel inopinata, vel consilio parta succedat pax, nulla eloquentiæ vi satis exprimi potest repentè orta
Iudit.15. lætitiæ magnitudo, qua qui conciderant animi eriguntur, & viscera cõstricta relaxantur. Testes Bethuliæ ciues, qui Holoferne cæso, exercituque fuso, mæstitiam belli vberrima pacis lætitia bene repensarunt. Testes Israelitides puellæ Dauidi è cæde Go-
1.Reg.18. liath reuertenti in choreas obuiæ. Non enim lęta victoria, nisi quia sublatam restituit pacem, cuius lætitia non satis deprehenditur, nisi vbi amissa instauratur. At viri sapientes, qui rem callent, tranquillo in statu, pacis momenta trutinare norunt, lętitiamque penitus concipiunt, quam nullus belli incursus obturbat. Ex hoc

hoc ſtruitur validiſſimum certè argumentum ad pacis ſtudium perſuadendum. Si enim pax lætitiæ ferax eſt, incredibile videtur, quemquam è mortalibus tam conſilij expertem inueniri poſſe, qui paci parandæ, atque tuendæ ſtudere detrectet. *Sicut enim* (vt ipſis Aug. verbis vtamur) *nemo eſt, qui gaudere nolit, ità nemo eſt, qui pacem habere nolit*. Sinat ergo pius lector, ſe pacis amore capi, qua inter homines, nihil optabilius ſolet audiri.

Li 19. de Ciu. Dei cap. 12.

Opulentia. Cap. II.

BElla, quicquid in regnis ſpecioſum, & opulentum eſt, multiplici incurſione deuaſtant. Pax, velut oneraria nauis ſecundis appulſa ventis, opes aliundè contractas in regna tranquilla conuehit, & exponit: Quod & ratione, & illuſtribus aſtruitur exemplis. Ratione quidem, quia, vbi ciues nullis affligantur bellis, nec otio torpere ſinuntur, vario mercaturæ genere ex alienis emporijs in vrbes natales pretioſa quæcunque refe-

referunt, ditescuntque ipsi, & Remp. diuenditis opibus augent. Exemplis verò quia vt è sacris, profanisque liquet historijs, nulla regna ditiora, quàm quæ pacata floruere. Suppetit vnum pro plurimis regni Salomonis mira pace prosperati luculentissimum exemplum; sacro textu expressum in hæc verba: *Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea, & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & deferebāt inde aurum, & argentum, & ebur, & simias, & pauos. Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diuitijs, & gloria.* Hæc sacer textus de Salomone, quæ non ad regis solius, sed ad regni quoque felicitatem pertinuêre, vt è subiectis aliquantò pòst verbis euincitur: *Tantamq; copiam præbuit argenti in Ierusalem, quasi lapidum*, Si ergo diuitiarum amor, quod nimis tritum, ac vulgatum est, ani-

2. Paral. 7.

animis hominum altè insedit, debent illi profectò, pacis studio se totos dedere, & discordiæ semina vehementer odisse.

Fertilitas. Cap. III.

REgna crebris infestata incursionibus, perpetua videntur sterilitate damnata, qualia passim in Asia cernuntur. Nonnulla ex ijs pingue sortita solum vberrimos fructus refunderent: verum gens ex præda viuens terræ culturam minimè sustinet, quippe quæ alienos malit labores absumere, quàm propriorum iacturam facere. Vastitas ergo regionum pace carentium infamis nota est. At vbi pax coaluit, nec improuisi timentur insultus, terra statis temporibus colitur, fluuiorumque deriuatione perfunditur: vndè non ad necessarios dumtaxat vsus, verùm & ad saturitatem, & delicias prouentus existit vberrimus; vt verum passim probetur illud, quod de Ierusalē scriptū est: *Posuit fines tuos pacē, & adipe* Ps. 149.
fru-

frumenti satiat te. Fiunt scilicet pacatæ regionis incolæ similes Issachar, quem Iacob, morti proximus, prædixit fore idoneum quietis, & terræ feracis æstimatorem, culturæque deditissimum, in hunc modum:
Gen. 49. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terram, quod optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiens:* hoc est: Populus ab Issachar progenitus erit robustus, vt iumentum neruosum, & validum, & morabitur inter mare Mediterraneum, ac Iordanem, duos videlicet fines terræ, quæ ei sorte obtinget. Contemplabitur requiem, quæ planè bona, & terram sortitò acceptam, quæ porrò pinguissima erit: & ratus è solo tam feraci se posse ditescere, subijciet oneri culturæ humeros, censumque regibus è terræ fructibus pendet: nimirum non egebit alienis mercimonijs, & susceptis terræ marisue itineribus, ad victum sibi parandum & tributa reddenda.

Hic

Hic ſenſus Iacob, qui paci,ſine qua regio ferax, ſed ab hoſtibus attrita, nihilo felicior,quàm ſterilis ſolitudo foret, aſcribendus eſt. Cùm ergò proprios agros, & hortos quiſque cupiat eſſe fœcundos, debebit ſanè optare, atque conari,vt pax nullo interturbata bello integra, tutaque conſiſtat.

Sanitas. Cap. IIII.

SAnitatis amor vitæ amori congener eſt,vixque dici poſſit, quàm accuratè de ſanitate paranda, atque tuenda mortales agant,& quàm ſollicitè exigua quoque proſperæ valetudinis detrimenta,vel cogitata præcaueant,vel accepta propulſent. Exploratum eſt autem hominem pace carentem proſperè valere non poſſe: non enim corpus benè alitur, & viget, vbi animus diſcordiæ aculeis pungitur grauiterque affectus triſtia ſenſa pertractat. Porrò Sionis principes amiſſa pace,inter belli Chaldaici damna,vt obſeruauit Ieremias, facti ſunt velut arietes non inuenientes paſcua, & abierunt abſque forti-

titudi-

titudine ante faciem subsequentis: animo quippe vexato, corpora tanquam cibo destituta languerunt, non secùs ac arietes, pabulo non inuento conflaccescunt. Quin etiam non corpus modò læditur, sed plerumque interimitur ingrauescente mœstitia, cui natura succumbit. E contrario pax & animum, & corpus roborat, & constabilit, vitalium motuum parens, ac effectrix. Sensit hanc vim anima Christi sponsa, quæ à Salomone sic loquens inducitur: *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex qua facta sum coram eo, quasi pacem reperiens*; hoc est: Ego anima prius prælijs assueta, vehementerque concussa, euasi muro benè firmo similis, & amores mei, vberibus lacte tumentibus notati, in turrium altitudinem creuerunt, vbi pacem reperire concessum est. Hæc mira firmitudo, & internarum virium accessio ad corpus quoque lassum, maleque affectum recreandum, bonumque habitum augendum ob animæ, corporisque nexum proculdubiò pertinet; cui quidem pacis

pacis effectui simile quiddam in quouis concordiæ genere, proportione seruata deprehenditur. Si ergo sanitatis, vitæque ipsius amor medullis hæret, sanè & pacis studium debebit hærere

Sapientia. Cap. V.

QVod pingui, sed incultæ terræ solet accidere, vt vepres, ac tribulos effundat, hoc discordibus contingit ingenijs, quæ cùm neutiquam excolantur, vitia tetra concipiunt, criminaque progignunt. Sublata scilicet pace, indomitæ feruent pasƒiones, animoque perturbato, studio sapientiæ viam intercludunt. Testis in caput suum locuples Græcia, quæ antè scismatis tempus viris sapientiſsimis floruit: sed pace schismate rescissa, per tot iam sæcula in seruitutem redacta, bellisque excisa, vix vnum, aut alterum virum doctrina insignem protulit. Similis quoque calamitas regna alia bellis externis, & ciuilibus cōsumpta peruasit: neq; enim gymnasia frequentantur, neque

tam

tam doctrinæ, quàm potentiæ defertur honor. Cæterùm vbi pax obtinuit principatum, & reges ipsi, quibus horis vacat, & negotiorum gestores, & milites custodiæ, & cautioni destinati, libros euoluunt, consultant, prudentiam, & peritiam multiplicem ediscunt, vt homine dignas functiones obeant; quo quidem studio à barbaris nationibus, quæ non tàm ratione, quàm gladio lites dirimere assuescunt, longè recedunt. Si ergo pax sapientiæ ferax est; porrò vniuersi homines, qui naturali ductu scire desiderant, pacis studio, se ipsos dedant, omnino decebit.

Pietas. Cap. VI.

NImis compertum est, flagrante discordia pietatem decrescere, templa euerti, vel profanis abusibus pollui, sacras deflorari virgines, & Dei cultum calamitosè concidere. Rebus quippe turbidis, & oblata prædæ occasione, de direptione potius, quàm de pietate cogitatur. At in regnis pacatis, vbi animi ab studio pietatis minimè diuertuntur, pronum

num est, diuinarum inspirationum semina altè concepta Deo opitulante fouere, bonosque piorum operum partus edere, quod experimenta multa peruincunt. Visuntur scilicet templa magnificentiùs extructa, prędijsque attributis locupletata, sacrarum virginum benesepta monasteria, hospitales domus amplis redditibus ditatæ; collegia pijs destinata laboribus, & id genus alia, quæ longa annorum serie perdurant. Cùm enim bellis non exhauriantur, suppetunt opes, quas pijs operibus impendant viri salutis æternæ cupidi, quorum nomina marmoribus insculpta ad posteritatis exemplum, multà cum laude leguntur. Quòd si quis altius caput efferat, contempleturque cœtus hominum pace vera sociatos, quales in cœnobijs monachorum primæua laude florentibus conspiciuntur; facile mirabitur pacem pietate prægnantem, creberrimoque bonorum operum partu fœcundam. Si ergo pietas placet, pax quoque placeat necesse est, cuius

ſtudio nihil ſuauius excogitari poſſe videtur.



PARS TERTIA.

DE SELECTIS ALIQVOT PACIS

quærendæ, ac tuendæ modis.

Conſilium Cap. I.



ACIS pulchritudo, quæ animorum multorum proportione componitur, bonos æſtimatores allicit, ex proprio ſpectata ingenio, vel ex multiplici, planéque ſuauiſſimo fructu. Cæterum ſi bonum placeat, minimè verò exquiratur, ignauiæ vertendum eſt. Quocirca laus prima virorum paci ſtudentium ab induſtria, ſolertiaque petitur: vt ſcilicet perquirant appoſitos parandæ, tuendæque pacis modos, vireſque in opus hoc perſeueranter intendant, bene vſi oraculo Pſal. 33. illo: *Inquire pacem, & perſequere eam.*

Amoris

Amoris ostensio, Cap. II.

CVm pax sit proprius charitatis effectus, vt parte prima constitutum est, nemini dubium accidere potest, quin luculenta signa amoris ad conciliandos animos, pacemque parandam, & alendam appositissima sint. Hæc quippe non tepidos dumtaxat, quorum deferbuit mutuus amor, sed frigentes, qui hostiles animos gerunt, mirificè afficiunt, & inflammant. Huc respexisse videtur Apostolus, vbi ait: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi; hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius*: quasi planiùs in hunc modum effaretur: Exhibe amoris signa inimico, eiusque animum tibi conciliabis. Quod enim ait; *Carbones ignis congeres super caput eius*; perindè est, ac si diceret: Incendes, inflammabis illum, ab eo ardenter amaberis, & pax amore genita concrescet. Expertus est hoc rex Israel, qui Syros hostes, Elisei prophetæ precibus excæcatos, & in mediam

Ro. 12.

Samariæ plateam adductos, quos tutos cædere potuit, conuiuio excepit, pastosque remisit. Quo quidem amoris signo, pacem è vestigio obtinuit,
4. Reg 6. sicut scriptum est: *Et vltra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel.*

Iustitiæ cultus. Cap. III.

IVstitia reddit cuique quod suum est. Cum ergo perspectum sit, bella, litesque ex iustitiæ læsione passim existere, quod ablatum, vel non repositum sit, quod ad quemque pertinuit; quòd iniuria irrogata, nec compensata, vel vindicata sit; omninò liquet, iustitiæ cultu discordiæ causas auferri, pacemque proindè ali, vel restitui. Tribus Beniamin ob nefas in vxorem leuitæ commissum, nec vltrice iustitia, vti debuit, expiatum, exemplo tremendo deleta est, & cunctas eius vrbes, ac viculos (vt ait
Iud. 20. sacer textus tragicam historiam concludens) vorax flamma consumpsit. Suppetunt exempla frequentia, quæ lugere, quam recensere fructuosiùs est. Sanè quod in rebus sensus expertibus passim cernimus, quæ naturali

ab

ab situ depulsæ minimè quiescunt, sed immensa commotione bene fixos quoque scopulos, montésque concutiunt, qualis ignis, & venti terræ cauitatibus excepti; hoc in rebus ablatis, nec in suum relatis locum, morali quadam animorum commotione perspicimus, vt certo statuendum sit, motus, ac perturbationes Reip. minimè defuturas, nisi iustitia rem quamque suo loco reponat.

Occasionum discordiæ ablatio.
Cap. IV.

QVæ pacem dissipant, vel extenuant, longè amouenda sunt, tametsi nonnihil iacturæ temporalis fiat. Abraham, cum ex Aegypto diues rediret, animaduerteretque Loth secum versantem locupletem esse, occasioneque varia pastores gregum vtriusque concertare cœpisse, sic eum affatus est: *Ne quæso, sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro: si ad sinistram ieris,*

ego dexternm tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

Hæc Abraham bonus pacis æstimator, qui electionem fertilioris regionis detulit Loth, vt occasiones discordiæ præcideret. Hac perant iqua Abrahæ laus plurimos habuit æmulatores, qui in rebus vtilibus, & honorificis primas alijs partes gratis concesserunt, ne pacis decrementa paterentur. Sed Sanctorum noui testamenti charitas in hoc genere præsertim effulsit, proposito exemplari Christo, quem pacis auctorem suspicimus, ac veneramur.

Passionum subiugatio. Cap. V.

INcassum se paci studere iactat, qui passiones indomitas coërcere non certat. Licet enim à nemine impugnetur extrinsecùs, intestinum secum gerit bellum, quod nullas permittit inducias. Nunc rerum noxiarum immodicus amor, nunc timor nimius, modò effrænis ira, modò præceps audacia, alijque affectus immoderati feruent, qui hominem sui velut impotem ad fœda multa propellunt.

pellunt. Quocirca christianæ mortificationis disciplina exercenda est, vt exerta passionum, tanquam excandescentium serpentum capita præsecentur. Quæ quidem doctrina vniuersorum sapientum consensione commendatur: adeoque patet vniuersè, vt non monachi, vel viri alij ecclesiastici tantùm, sed mercatores, ac milites ipsi, qui auaritia, ambitioneque grauiter ægrotant, rationibus saltem politicis innixi exultantes passiones plerumque compescant, ne pace careant eorum à quibus opes, vel honores expectant. Quod si quis omninò decernat, affectibus habenas laxare, & de vario appetitu potius explendo, quàm extinguendo cogitet, non magis ille conquiescet, quàm commotum procellis mare, quamdiu validis ventis excitatur. Vnum è duobus ad pacem eligendum, vt res ex sententia succedãt, vel sententia rerũ successibus adaptetur. Primùm minimè accidit: secũdum præstari nequit, nisi passiones reprimantur, quod diuinæ gratiæ

auxilio solet obtineri. Imperet sibi, qui cum aliorum sensu, ad pacis cuncentum cohærere constituit, beneq; norit, vnde petenda sit pacis origo. Hæc de passionibus edomandis in commune tradita, ad peculiares euentus fida praxi deriuanda sunt.

Fœdera. Cap. V I.

QVi paci seriò student, fœdera libenter feriunt, iniurijs quoque piè condonatis. Morabatur Isaac in Bersabee, postquàm Abimelech Rex Palæstinorum, eum, tanquam se potentiorem, suisque ciuibus propterea inuisum à suo regno recedere monuerat. Paulò ergò post Abimelech ipse, nonnullique optimates Isaac conueniunt, fœdus, vt sperabant, percussuri. Et licet eis obiecisset, se parum liberaliter habitum, quippe qui ab eis fuisset loco pulsus, iniuria tamen remissa, illos conuiuio excepit, fœdusque sanctè pepigit, sicut scriptum est: *Fecit ergò eis conuiuium, & post cibum, & potum, surgentes manè iurauerunt sibi mutuò:* Gen. 26.

dimisit-

dimisitq́ eos Isaac pacificè in locum suum. Hęc iusta pacis æstimatio est, quæ iniuriæ sensum non finit ingrauescere.

Fœderis fides. Cap. VII.

FOedere pax promittitur, sed fide statur promissis, peioraque damna solet afferre fœderis rescissio, quàm repulsa. Cùm enim fœdere initum sit quoddam amicitiæ genus, quale antè non constitit; grauiorem irrogare videtur iniuriam, acriusque mereri supplicium, qui fidem fallit, quam qui spondere renuit. Mos fuit apud veteres, vt animal aliquod solemni ritu in duas dissecarent partes, inter easque transirent, dum fœdus percuterent, tanquam simile imprecaretur malum ei, qui fœdus violaret. Ritus hic perantiquus per oraculum videtur acceptus. Abraham iussus à Deo vaccam, aliaque animalia concidere ad fœdus ineundum: *Diuisit ea* (quæ sunt sacri textus verba) *per medium, & vtrasq́ partes contra se altrinsecus posuit.* Postmodum

Gen 15. Obseruauit hunc ritum Theodoretus. Iere. c. 34.

apparuit lampas ignis Deum repræsentantis, transiens inter diuisas cæsorum animalium partes subiungitque textus sacer: *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratem.* Huc spectat, quod Deus per
Iere. 34. Ieremiam Iudæis exprobrat in hæc verba: *Et dabo* (scilicet neci) *viros, qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum, quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius.* Morem ferè eundem obseruarunt Ethnici, vt patet ex fœdere Romanorum icto cum Albanis, cuius verba
Lib. 1. commemorat Liuius: *Positis fœderis legibus, aiebat fecialis, aut pater patratus: Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defecerit publico consilio, dolo malo; tu illo die, Iuppiter, populum Romanum sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam, tantoq; magis ferito,*

quan-

quantò magis potes, pollesq́. Id vbi dixit, porcum saxo silice percußit. Huc facit illud poëticum de Romulo, Tatioq́ue regibus:

Armati Iouis antè aram, paterasq́, tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Patet ergo communem antiquitatis sensum fuisse, fœdera sanctè seruanda sub imprecatione graui, horrendaque pœna: sic quippè pax sancienda, discordiæque via præcludenda est.

Mitis gestus, & sermo. Cap. VIII.

QVod extumescenti mari, sed mollẽ ad arenã leniter sese remittẽti accidit, hoc ira incitatis cõtingit animis, quos mitis sermo, gestusq́ue mirificè pacat. Quocirca, qui pacis dulcedine frui cupiũt, mitibus presertim moribus non sòlùm benè affectos, sed infestos quoq; animos sedãt, sibiq; cõciliant. Ex hoc certè lectissimo genere fuit Dauid à mansuetudine commendatus, qui Saulẽ ca-

pitalem inimicum ira flagrantem bis præsertim sedauit, semel vbi lanceam, & vas aquæ dormienti sustulit; iterum, vbi chlamydis oram in antro præsecuit. In vtroque videlicet euentu, cum infensissimum hostem necare posset, se se continuit, & mox efferatum animum mitissimis verbis, suppliciq́ue habitu, ad fletum vsque permouit. Qua sanè in re mirum dictu, quam efficaciter ferum hominem lenierit, viresq́ue fregerit. Venerat Saul furens in desertum Engaddi, vbi Dauidem errare, fama erat, tribus selectorum militum stipatus millibus, vt innoxium peruestigaret, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, vt sacer textus habet Et tamen crudelem hostem irritatum & armatum, adoratione, mitibusq́ue verbis trãquillat, & exarmat. Quid sibi vult inopinata concordia hæc, qua immanis tyrannus repentè mollitus bono monitori consentit? Nimirum vis mãsuetudinis armato milite fortior est, cuius actibus planè suauissimis

mis pectora obdurata mitescunt. Si ergo tam feros animos mitis agendi modus domuit, & agmina ad prælium accincta ad insperatam pacem inflexit, porrò asserendum est, mitibus verbis, ac gestibus discordes animos ad concordiæ vota conciri.

Anteuersa prouidentia.

Cap. IX.

MVltiplex rebellio, tumultusque in familijs, in vrbibus, in exercitibus excitari solet, vbi annona differtur, quod experimentis quotidianis euincitur. Aegre quippe concordia perstat, si prouidentiæ signis opportunis minimè asseratur. Sæpè victoria penè certa stipendiis dilatis in dubium reuocata: Sæpè Reip. pax annonæ prorogatione vacillauit. Ergò vel tempestiuè prouidendum, vel tempus anteuertendum est, quod ad conciliandos animos, alendamque concordiam, impendiò confert. Hac certè de causa ærarium à prudentibus solet principibus quantocyus aperiri, vt antequàm necessitas ingruat, horrea im-

pleantur, sciatque populus, paratum se habere subsidium. Doctrina hæc adeò per se perspicua est, vt assertione non egeat.

Nouitatis fuga. Cap. X.

OBtrusa nouitas quiescentes animos, vehementer commouet; crebroque id in populo noui ritus occasione cernitur, quod in cisternæ, stagniue perspicitur aqua, quæ vel minimi lapilli iniectu in multiplices orbes mota crispatur. Hac profectò ratione ducti viri sapientes quicquam innouare verentur, tametsi eis noua nonnulla antiquis præferenda videantur: quod in legislatione præsertim obseruant. Vt enim rectè recedatur ab eo, quod diu æquum visum est, euidens debet esse vtilitas; quod S. Thomas benè perpendit. Euidens autem vtilitas rarò succedit, vbi ea, quæ in consuetudinem inducta sunt bona censentur. Nescitur quippe, an ea noua, quæ perfectiora videntur, altè imprimenda, & in morem inducenda sint; quod sanè boni genus in ijs, quæ vsu, recepta sunt,

. Tho. 2q.97. .2.

cer-

certum,ac in tuto positum, attentatâ nouitate,cum incerto,minimeque tuto commutatur.Si autem vbi perfectiora concipiuntur animo, difficulter nouitas commendatur; quid censendum, vbi non adeò perfecta succurrunt? Antiquis ergò insistendum, & à nouis absistendum est.

Concio tempestiua. Cap. XI.

VBi familia vel populus tumultuari cœpit,concio tempestiua rei attemperata,ad sedandos animos,pacemque inducendam efficax esse solet. Demetrius quidam, argentarius, qui Ephesi faciebat ædes argenteas Dianæ; animaduertens ex Pauli prædicatione, imminere sibi periculum quæstus,conuocatos artifices adeò vehementer aduersùs Apostolum,eiusque comites commouit, vt perturbatione vires acquirente, ciuitas tota excandesceret, sicut scriptum est: *Et impleta est ciuitas confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum* Act. 19.

trum rapto Gaio, & Ariſtarcho Macedonibus, comitibus Pauli: Paulòque pòſt vox populi per horas penè duas erupit in hæc verba: Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων, *Magna Diana Epheſiorum.* Tunc ſcriba quidam pacis ſtudio ſic populum affatus eſt: *Viri Epheſij, quis enim eſt hominum, qui neſciat Epheſiorum ciuitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ, Iouiſq; prolis? Cùm ergo his contradici non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temerè agere. Adduxiſtis enim homines iſtos, neque ſacrilegos, neque blaſphemantes Deam veſtram. Quòd ſi Demetrius, & qui cum eo ſunt artifices habent aduersùs aliquem cauſam; conuentus forenſes aguntur, & proconſules ſunt, accuſent inuicem. Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima eccleſia poterit abſolui. Nam, & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ: cùm nullus obnoxius ſit (de quo poſſimus reddere rationem) concurſus iſtius.* Hæc ſcriba profectò prudens appoſitè ad perſuaſionem dixit, populum-

pulumque pacauit. Conciones huiusmodi non togæ tantùm, sed militiæ familiares sunt, & plerumque pacem afferunt, vel alunt magno Reip. bono: quod memoriæ mandandum est.



PARS QVARTA

DE IIS, QVAE PACEM PRAECIPUÉ DETERUNT.

Superbia. Cap. I.



XPLORATVM est, superbos animos pace frui non posse. Efferunt quippè se, præferuntque alijs, quod indignè accipitur. Quis enim æquo animo ferat elationem, vel lubens cum eo versetur, à quo se parui pendi deprehẽdit, nisi illi facilè pauci, qui altum mundi contemptum, cælesti dono nacti sunt? Quòd si & hi pauci cum homine superbo in eandem senten-

tiam

tiam conspirare, cedere, honorem deferre certent; ipse animo elatus identidem discors erit, arbitratus non sibi fieri satis, cùm existimet, se ampliora mereri. Verum nempè est
Ps.73. oraculum illud: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Mitis, ac humilis animus, quod ad se attinet, pacem parat, ac nutrit, paratus inire concordiæ fœdus, quod elatus proteruè detrectat.

Grauitas, Cap. VI.

GRauitas minimè temperata superbiæ partus videtur, alienatque animos, ne alter alteri hæreat. Congruit vulgatum illud:

Non bene conueniunt, neque in vna sede morantur,
Maiestas, & amor.

Quod sanè verum est siue de nexu illo in vno, siue in pluribus animis sermo fiat. Si enim animus spectetur vnus præ se ferendæ maiestati intentus, eo ipso amoris signa non exhibebit. Si duo, profectò ei, qui grauitati studet, alter neutiquam consentiet.

Quapre-

Quapropter vtrouis ſenſu, maieſtas, & amor diuortia quærent, neque vllo pacis fœdere nectentur. Grauitas ergo temperanda, vt maturitatis, nō magnitudinis imaginem repræſentet, ac eo ipſo dulceſcat, & à pacis ingenio neutiquam diffideat.

Inuidia. Cap. III.

QVi alteri ſortem inuidet, ſtimulum animo gerit infixum, quo non ſinitur requieſcere. Cain inuidit Abel cæleſtem fauorem, fratres Ioſepho primas, paterni amoris partes: quamobrem diſcors Cain ira conflagrauit indomita; fratres, vti ſacer habet textus, oderant Ioſeph: *Nec poterant ei quicquam pacificè loqui.* Diuina charitas purulentam inuidentiæ collectionem diſijcit, ac de aliorum ſecūdis ſucceſſibus gaudia cumulata concipit. Hæc pacis genitrix, ac ſeruatrix eſt.

Gen. 4.

Gen. 37.

Ambi-

Ambitio. Cap. IV.

AMbitio discordiæ parens est. Nabuchodonosor rex Assyriorum, sat opibus, & honoribus cumulatus, ambitione tumuit, & absque vllo iure, Ciliciæ, Damasci, Libani, aliarumque regionum incolas vectigales habere voluit; à quibus non absque dedecore reiectus est: institit tamen ille conuocatoque optimatum cœtui dixit, cogitationem suam (vt sacer textus habet) in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Cuius certè propositi mœstissimus fuit exitus, Holoferne cæso, numerosissimoque exercitu fuso. Satis humanæ gloriæ parauerat Aman Assuero charissimus: at cum obseruasset, Mardochæum sedentem ante palatij fores non assurgere sibi; conuocatis amicis exposuit (vt sacer ait textus) magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes; & seruos suos rex eleuasset: & post hæc ait: *Regina quoque Esther nullum alium vo-*

um vocauit ad conuiuiũ cum rege, præter me apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Hæc Aman, quæ cor pacare posse viderẽtur. Sed quàm nõ sedarent ambitiosum animum, patet ex his ipsius verbis: *Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias.* Huc facit de Alexandro Macedone vulgatum illud:

Aestuat infelix angusto limite mundi,
Vt Gyaræ clausus scopulis, paruaq́ Sripho.

Si ergo quiescendum, paceq́ue fruendum est, ambitio coërcenda, appetitionesq́ue extra metam palantes intra rationis, ac pietatis claustra cogendæ.

Auaritia. Cap. V.

AVarus, solitarium animal, impatiens consortis est. Vix fere consuetos salutandi, & caput aperiendi ritus, veritus, ne si alij propius accedant familiaritas contrahatur, subeatq́ue pecuniæ expendendæ vel surripiendæ discrimen. Quocirca pacem

pacē nec secū præ sollicitudine, nec cum alijs præ timore, vspiam habere potest. Res satis per se comperta est; cupidus enim homo accuratissimè, ipsorum quoque consanguineorum consortia vitat, & infame explosæ pacis, & amicitiæ gestat inscriptum, charitatis liberalitatisque actus odit, & quicquid ad conciliandos animos appositum est: idque dumtaxat in eius moribus deprehenditur, quod alios auertere, ac deterrere possit. Tam longè à pacis societate recedit.

Ira. Cap. VI.

VT candens ferrum scintillas, ità iracundus homo, vbi excanduit, discordiæ flammas emittit. Ira pacis expultrix, belli motrix est, adeoque desæuire solet, vt omnem humanitatis sensum ademisse, hominemque in feram immanem vertisse videatur. Hæc sensu christiano compescenda: agni quippè inter se pace fœderati, non tigres congruunt Christi scholæ, quæ mites creat animos, dura mollit, vt cedant, aspera

pera exæquat, vt aptè cohæreant.

Sententiæ tenacitas. Cap. VII.

FLecti oportet, tantillumque cedere illum, qui cum alio pacisci auet. Si enim sententiæ tenax sit, vix vnquam ità consentiet, vt placeat. Quomodò placebit, qui alios in suam pertrahere sententiam enititur, neque cogitat ęquè bona, aut fortasse meliora consilia ab alijs excogitari; probarique solere? Profectò dum proprium alienis præfert consilijs, neque sententiam alijs adaptare, sed persuadere conatur, discordiæ sementem spargit, qua pax longè depellitur, vel discerpitur. Nec est viri sapientis, sensa propria tanti facere, vt semel prolata reuocare, dedecori sibi fore censeat, dum alienis, sed melioribus concedit. Eadem prorsus ratione sapientis non est sententiam priorem retinere, vbi secunda melior, tutiorque succedit: qua quidem in re plurimum commendamus S. Aug. qui retractationum libros spontè

ſponte edidit,non vt errata dumtaxat corrigeret,ſed vt non æquè expenſas ſententias, & verba, melioribus permutaret. Qui ingenium mite ſortiti ſunt corrigi,vel ſe ipſos corrigere parati,pacis proculdubio ſunt aſſertores, & ſuauitate morum alios ad concordiam mirificè alliciunt.

Mordax ſermo. Cap. VIII,

LAborant nonnulli vitio linguæ mordacis, quæ vix exeritur niſi ad ſtimulos infigendos: capiuntque ipſi non modicam ex vellicatione voluptatem,quod illiberalis ingenij argumentum eſt. Hi ab alijs tam accuratè vitantur, ac veſpæ bene aculeatæ,& irritatæ;tantumque abeſt,vt cum eis pax ſanciatur, vt vix vllum genus hominum tam exoſum, & ad tragœdias excitandas opportunum reperiri queat. Quapropter,qui paci ſtudent,verba præmeditantur,pōderantque ne quid non ſuaue excidat,quo exaſperentur animi, eo ipſo minùs concordes futuri. Rectè ſcri-
Eccle. 6. ptum: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis*

charis in bono homine abundat. Sermo ergo mordax præcauendus est.

Susurrus Cap. IX.

PErspicuum est, eos qui clam alijs in aurem suggerunt, quæ discordiam pariunt, pacis hostes infestissimos esse. Qui tantò nocent peius, quantò securius. Cum enim, nullum sibi videantur ex susurro subire periculum, licentiùs absentibus detrahũt, mala augẽt, amplificãt: vnde bella & vastitas originẽ ducunt. Hoc genus hominum scelestorum, si de medio tollatur, perindè est, ac si ligna igni subtrahas, vt rectè scriptum sit: Prou. 26.
Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. Pax nullo sinistro relatu, sed pia interpretatione factorum alenda, & promouenda est.

Discrepantia morum.
Cap. X.

NAuanda opera, vt mores nostri ad pacem tuendam proximis, quoad per legem licet, consentiant.

Qui enim alijs eo modo congruere renuit, quasi bellum indicit, à cuius prosequutione desistere nolit. Res obseruatione planè digna est, vt benè norunt, qui in collegijs, claustrisue degunt: è quibus nonnulli vix vnquam, quod ab alijs agitur, vel asseritur, probant, semperque rationes discrepandi, vitio quodam naturæ parùm mitis excogitant, quasi dissensus, morumque discrepantia prudentiæ argumentum sit. Animi potiùs intemperies, & discordiæ fomentis est, cui gratiæ diuinæ auxilio debet occurri.



PARS



PARS QVINTA.

DE PACIS PERFECTIONE.

Distinctio pacis, pro vario hominis statu. Cap. I.



VSTITIAE originalis status, in quo homo conditus fuit, pace mira quieuit; successit culpa, & opposita paci tantæ totius hominis perturbatio. Parta postmodum, cælestis gratiæ auxilio, pax non æquè integra, ac prima. Creuit deinde pax miris incrementis. Pacis denique perfectio cælestis patriæ propria cursu confecto succedit. Hæc pacis discrimina perpendere consilium est, vt perfectæ tandem pacis concipiatur imago, quæ multiplices pios affectus creditur productura.

Pax status iustitiæ originalis.
Cap. II.

S.Th. 1. p.q.95. ar.1.

PAx illa, iuxta communem Sanctorum, Scholasticorumq; Theologorum sententiam, in eo constituta fuit, vt ratio Deo, rationi inferiores hominis vires, animæ demum corpus ita subderetur; vt quamdiu ratio Deo subiecta permaneret, tamdiu suauissima illa inferiorum subiectio constaret. Ordo partium hominis mirificè dispositus harmonicum in statu illo reddebat concentum: nullaque rebellio, nulla præposterorum affectuum inuersio, nulla interturbatio felicem illam integritatem deterebat. Nullum in statu illo malum aderat, vel imminebat, nec aberat vllum bonum, quod cuperet bona voluntas. Intellectus diuina luce perfusus à sublimi contemplatione per res exteriores minimè diuertebatur, voluntas summo bono arctissimè adhærebat. Passiones, quæ feruntur in bonum, vt amor, & gaudium ex rationis præscripto excitabantur,

bantur, absque vlla perturbatione, vel æstu, quę verò malum respiciunt, vt timor, & dolor, longissimè aberant. Nihil denique mali extrinsecus inferretur, si homo in statu illo perstaret immotus. Si ergò in ea primæua rectitudine mens Deo erat intenta, menti vires inferiores fidissimè parebant, corpusque animæ suberat, nec extrinseca timebantur mala; porrò asserendum est, pacem suis absolutam numeris in eo statu constitisse, cuius felicitas, ad pium quendam luctum, frequentius recolenda est.

Pacis demolitio. Cap. III.

PAx in tranquillo rerum ordine sita est, vt censuit Aug. & ex ijs, quæ capite proximo de partium hominis ordinata consensione prompsimus, satis perspici potest. Cùm ergo primus generis humani parens in statu primæuo iustitiæ originalis, partes omnes mirificè temperatas, trãquillissimoque ordine dispositas, & harmonicè consentientes haberet; mox

ac peccauit, in totius ordinis perturbationem miserrimam incidit, quam penitùs nosse operæpretiũ est. Mens à Deo, in quem intenta erat, desciuit: statimque vires inferiores tumultuari, & menti, vt & corpus animæ aduersari cœperunt: ita videlicet pœna culpæ repensa, vt qui Deo renisus esset, reluctantes sibi vires proprias pateretur, exemploq; infami gereret quoddam violatæ legis inscriptum. Perturbato ergò rerum ordine, hæreditario malo mens nostra in res fluxas intenditur, voluntas bonis hæret caducis, appetitus in vetita pabula belluis communia præceps fertur, sensus delectabilium rerum illecebra capiuntur, corpus denique corruptioni obnoxium, incompositis motibus vrgetur. Hinc efficitur, vt exosa fiat lex, virtutisque arduitas timorem incutiat. Quo sanè vero, lugendoque malo posito, intestino homines bello afflictãtur, quod non satis expendimus. Primi profectò parentes prolixo, molestissimoque experimento rem exploratam habuere

habuere; quippè qui dulcissimam originalis iustitiæ pacem degustauerant, nos verò in originali peccato concepti, pacis expertes tam integrũ exactumque ferre iudicium neutiquam valemus. Cæterùm ea, qua infestamur, partium nostrarum dissensio est, vt ad graue malum dignoscendum, sat apposita sit.

Amissæ pacis qualis reparatio.
Cap. IIII.

CLementissimus Deus misertus hominis, qui lege violata pacis fœdus resciderat, per Christi sanguinem, pacem reposuit, sicut scriptum Colo. 1 est: *Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Hæc tamen pax naturæ lapsæ, non æque integra, & tranquilla est, ac illa, quæ cum iustitiæ originalis statu connexa fuit. Illa videlicet vires hominis omnes mira consensione composuit: hæc reparat quidem, quod in statu iustitiæ originalis præcipuum, formaleque fuit, dum volũtatem Deo subijcit, quemadmodũ

 S. Tho-

S. Th. 1. 2. q. 82. ar. 3. S. Thomas sapienter obseruat: relinquit tamen inferiores hominis vires, vno concupiscentiæ nomine comprehensas, rebelles. Etsi enim per baptissimi gratiam auferatur totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet: manet tamen fomes, vel concupiscentia: *Quæ* (vt grauissima Concilij Tridentini sententia, & verbis vtamur) *Cùm ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet.* Cùm ergo, post Adæ culpam origine traductam, pars hominis superior, per Christi gratiam reformetur, vt Deo adhæreat; pars verò inferior ad bona sensibilia feratur; necessè quidem est, pacem non integram constare, sed prælijs frequentissimis deteri. Huc pertinet discursus ille planè mirabilis, quem Apostolus ad Romanos scribens contexuit, vbi postquam multa protulit, bellum partium hominis, exemplo suo, in hæc verba descripsit:

Ro. 7. *Inuenio igitur legem, volenti mihi facere*

cere bonum, quoniam mihi malum adiacet: condelector enim legi Dei, secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Hæc Apostolus, fassus membra menti validè repugnare, qui claudit caput in hunc modum: *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati*; quo nihil apertius. Prælia sunt acerrima, & creberrima: quæ diuinis oraculis exprimi decuit.

Pacis incrementum. Cap. V.

VIri rei militaris bene consulti, vbi in vrbem aliquam impetum fecêre, arcem primum capiunt, elatoque vexillo, partes vrbis vario aggressu, tormentorumque muralium explosione deuastant. Arx hominis, pars eius superior est, quam Christus à sæuissimo nostræ salutis hoste occupatam, diuinæ gratiæ viribus cepit: è qua suo imperio, & velut

militari excursu, inferioris hominis vires subiugat: miroque iustitiæ progressu, eò pertingit, vt partem hominis potiorem bene muniat; eam verò, quæ cum alijs animantibus communis est, validè concussam eneruet, subdatque menti, vt in dies penè singulos euadat mansuetior, frænoque rationis edomita cedat. Hinc efficitur, vt iracundi aliquot, post agones multos, diuinę gratię auxilio, ita mitescant, vt vix, aut nunquam licet prouocati, & spreti turbentur. Hinc nonnulli, qui honores, gloriamque mortalium auidissimè captabant, Christi disciplina, multiplicique victoria iam neque ab hominibus honore affici, neque agnosci mallent. Hinc pauci aliqui, quibus commoditas cordi erat, apostolicæ paupertatis incommoda cupidè amplectuntur. Hæc si altè pensitentur, facilè patebit, veram pacem multis accessionibus eo vsque augeri, vt christianæ perfectionis sectatores neque contumelijs, neque illato vllo damno vacillent, quæ quidem tranquillitas

pauco-

paucorum veteranorum est. Rem sanè hanc S. Aug. diserte persecutus est, vbi de pacificis, quos ait fieri Dei regnum, egit in hæc verba: *In quo* (regno) *ita sunt ordinata omnia, vt id, quod est in homine præcipuum, & excellens, hoc imperet cæteris non reluctantibus, quæ sunt nobis, bestijsq; communia: atque id ipsum, quod excellit in homine, id est mens, & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas, vnigenitus Filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiori se ipse subijciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis: hæc vita consummati, perfectiq; sapientis.* Hæc Aug. de pace, quæ inter beatitudines à Christo commendatur: cuius status adeò constans est, vt paulò post Aug. ipse hæc verba subtexat: *Hac pace intrinsecus constituta, atque firmata, quascumque persecutiones ille, qui foras missus est, forinsecus concitauerit, auget gloriam, quæ secundum Deum est: non ali-*

S. Aug l. 1. de Ser. Dom. in monte. c. 2.

quid in illo ædificio labefactans, sed deficientibus machinis suis innotescere faciens, quanta firmitas intus extructa sit. Ex hac planè mira Aug. sententia conficitur, pacem veram eo interdum promoueri, vt cælestis pacis quædam velut inchoatio videatur, quam non magis aduersitas nulla labefactat, quàm elementorum commotio cæli serenitatem obturbet.

Pacis perfectio. Cap. VI.

CEnsuit S. Thom. pacem perfectam non in hac mortalitate obtineri, sed beatæ vitæ propriam omninò esse, quod his verbis expressit: *Cum vera pax non sit nisi de bono, sicut dupliciter habetur verum bonum, scilicet perfectè, & imperfectè; ita est duplex pax vera, vna quidem perfecta, quæ consistit in perfecta fruitione summi boni, per quam omnes appetitus vniuntur quietati in vno. Et hic est vltimus finis creaturæ rationalis. Alia verò est pax imperfecta, quæ habetur in hoc mundo: quia etsi principalis animæ mo-*

S. Tho. 2.2.q.25. ar. 2. ad. 4.

tus

tus quiescat in Deo; sunt tamen aliqua repugnantia & intus, & extra, quæ perturbant hanc pacem. Hæc S. Tho, ex quibus patet, pacem perfectam in summi boni fruitione consistere, vbi expletur hominis desiderium, & vires eius omnes in vnum illud supremum bonum mira consensione, & tranquillitate conspirant, absque vllo amittendæ felicitatis metu, vel extrinseco malo, quod quiescentem in Dei amplexu animam interturbet. Hæc est pax, siue requies illa summis votis expetita, quam è bello reuertentibus, hoc est, ex hac vita migrantibus precatur Ecclesia, dum funeris officium explet, cui consonat vox illa, quàm è cælo lapsam Ioannes audiuit: *Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Hæc est æterna vita, de qua Venerabilis Beda sic alto cum sensu loquitur: *Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas? Nemo læditur, irascitur nemo, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullum* Ser. 18. de Sanctis.

cibi desiderium, nulla honoris pulsatio, aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidiæ dæmonum nullæ, terror gehennæ procul. Mors ibi neque corporis, neque animæ erit; sed immortalitatis munere vita iucunda. Nulla erit tunc vnquã discordia, sed cuncta cõsona cuncta cõueniẽtia, quia omniũ Sanctorũ vna concordia, pax cuncta, & lætitia continet. Hæc Ven. Beda. quæ licet selecta, & ad rei magnitudinem apposita sint, omninò credendum, rei dignitate longissimè vinci, cum pax, & felicitas vitæ beatæ nulla eloquentia possit æquari.

PARS SEXTA.

DE PERSVASIONE PACIS.

§. I.



PACIS origo, vt & persuasio, ab ipso prorsus petenda Deo, qui omnia tranquillè condidit, & in finem, vbi pacem adipiscuntur, orbe perfecto reducit. Quod significasse videtur Trismegistus à S. Thoma relatus, vbi dixit: *Monas monadem genuit, & in se suum reflexit ardorem*: hoc est: Vnus Deus vnum creauit mundum, propter suiipsius amorem, quo rem quamque ad finem suum suauiter, ac efficaciter perducit. Summi quippe boni natura est, vt in se quiescat ipso: cuius effecta particeps creatura fertur eo, vbi est adeptura quietē. Hoc sibi voluit Aug. aiens: *Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.*

S. Tho. 1. p. q. 32. a. 2. ad. 1.

L. Conf. 1. Cap. 1.

Tam

Tam ergo ex eo, quod Deus eſt, quàm ex eo quod efficit, aſſerēdum eſt, pacem ei acceptiſſimam eſſe, debereque hominem, ſi Creatori ſuo congruere velit, ſuo impreſſam animo propenſionem ad pacem exquirendam, rationis vſu alere, ac promouere. Quod ſanè facilè ſibi perſuadebit, ſi à Deo acceptam naturam contempletur.

§. II.

HOmo quippè eſt animal ſociale, & cum propria pugnat natura, niſi ſocietatem, & pacem exquirat. Quapropter qui ſocietatem detrectant in feritatem belluarum degenerare dicuntur. Huc ſpectat Ariſtot. à S Thoma relatus in hæc verba:
S. Tho. *Qui alijs non communicat, eſt beſtia,*
2. 2. q. *aut Deus*; ideſt, vir diuinus. Cuius qui-
188. ar. dem ſententiæ pars ſecunda ad viros
8, ad 5. contemplationi rerum diuinarum intentos, prima verò ad propoſitum refertur noſtrum, hominesque communicationis oſores vellicat. Spectata ergo natura propria, cui Deus pacis amorem impreſſit, debet quiſque ſui ſaltem memor, pacis ſtudio

ſe i-

se ipsum addicere, naturæque dignitatem pacis professione tueri: quod tantò præstabit impensiùs, quantò genus ab homine vno ductum attentius meditabitur.

§. III.

SAnè si Deus, vt facilè potuit, plures initio condidisset homines, à quibus humanum propagaretur genus, deberent illi cum ad vnam animantium speciem pertinerent, sociali iure connecti, omneque dissidium horrere: at cum ab homine vno Ada, stirpe prorsus vna genus ducant, profectò tanquam vnius parentis filij mutua debent pace vinciri, quam iniuria nulla dissoluat. Nulla hic exceptio obtrudenda: neque enim Aethiops, vel Indus quantumuis ab Europæo dissitus, in stirpem aliam reijciendus, sed naturali iure, humaniter tractandus, & ad pacis consortium admittendus est.

§. IV.

HOc naturæ ius: sed rationes seruandæ, augendæque pacis à naturali iure, origineque petitæ, peccatis

catis animum obtenebrantibus, non satis vrgebant, vt homines concordia fœderati permanerent. Quocirca clementissimus Deus, nunc arcu fœderis, nunc pacto circumcisionis, nunc varijs apparitionibus, quàm sibi esset cordi pax, per interualla temporum viris sanctitate clarissimis indicauit, vt exemplis quoque diuinis ad pacis amorem, ac studium mortales alliceret. At cum neque ijs etiam signis homines culpa efferati mitescerent, è stirpe Abrahæ populum elegit, cui legem ferret, qua animos aliàs longè discrepaturos, vno quasi vinculo religaret. Hos ergo lege lata connexuit, vt nossent ad lineam eandem, se mores proprios, Deo auctore, tandem exacturos: quo quidem prouidentiæ genere, multi pacis studiosissimi euaserunt. At vlteriùs proficiendum erat.

§. V.

Contulit videlicet ad quandam pacis inchoationem lex Hebræis lata: sed inchoatio nouo legis gratiæ fœdere à Christo promouenda fuit,

fuit,qui hominum corda regit, &, quò velit,inflectit.Et quidem, nouæ legis vis ad pacem sanciendam multò est efficacior, quod Deus ipse per Ieremiam testatur in hæc verba: *Ecce dies venient dicit Dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Hæc Deus ipse, qui pactum nouum, non vt vetus, tabulis inscribendum, sed in ipsis hominum cordibus exarandum prædixit: vt gratiæ diuinæ vim cordium motricem, & propensionem à diuina charitate genitam exprimeret, quæ homines antè discordes, ad percutienda pacis fœdera Dei ipsius amore, & mutua dilectione conciliat.

Ierem. 31.

§. VI.

§. VI.

HVc mirificè facit ipsum Incarnationis mysterium, duarum scilicet naturarum in vna æterni Verbi persona coniunctio; & lætissima Christi natiuitas ex Virgine pace per Angelos nuntiata mortalibus, orbeq; toto tunc in pace composito, vt concordia illa extrinsecus obseruata, internæ pacis, quæ superat omnem sensum, foret indicium. Etenim Christus eò incubuit, vt sanguine fuso, æterno Patri propitiato reconciliaret homines, reciprocoque amore illos mutuo coagmentaret. Totum certè hoc proprio significatu complectitur salutatio illa Christo familiaris, *Pax vobis*, qua post resurrectionem præsertim vsus est, vt qui discordiam abegerat, & pacem optatam attulerat. Si ergo christianus homo pacis conciliatricem legem profitetur, si conceptus, & natalis Christi non est immemor, si recolit inuectam Redemptoris sui sanguine concordiam, si placet vsitata Christo salutatio, ipsaque salus; quomodo

pacis

pacis studio non se deuouet totum, nec exigua quoque discordiæ semina perhorrescit? Vtinam hærerent animo; quæ Christus Euangelio ipso voluit esse testata.

§. VII.

Plurima quidem è veteri Testamento ad pacem commendandam, & suadendam peti possent, quale illud è Deuteronomio: *Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabit eam.* Deu. 20. Quibus è verbis liquet, quàm accuratè Deus populum Israel ad præcauenda bella, & pacem exquirendam instruxerit. Verùm in testamento nouo luculentiora, & perfectiora sunt pacis documenta, quale illud, quod super alia doctrinæ huius testimonia, videtur

Mat. 5. detur caput efferre: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Hæc Christi mens, quæ veros Christianos ad pacis studium vehementer inflammat: nihil enim proferri potuit, quod apertiùs Christi animum erga pacis cultum ostenderet, piosque lectores efficacius ad rei tam sibi commendatæ obseruationem adigeret. An ergo iuxta Christi sensum Christiani nomine censebitur, qui pacem alijs minimè offert, vel oblatam respuit? Qui fiet, vt Deo sit cōcors, qui proximo fœderatus esse recusat? Porrò alterutrum eligendum, aut Dei pacem reijcere, aut proximi pace gaudere. Vt enim Dei amor abijcitur, si proximi charitas respuatur, ita Dei pax procul arcetur, si pax cum proximo minimè nectitur: vtraque videlicet, vel neutra consistit. Omni verò pace

fu-

ſublata, quid ſupereſt, niſi horrenda quædam, & inuiſa Deo imago tartari cuius artifices Deus vltor grauiter plectit,

§. VIII.

EXtulit ſe Lucifer, infauſtoque diuortio pacem à Deo acceptam proteruè reiecit: ſed Deus illum è cæli faſtigio deturbauit. Dathan, & Abiron ſchiſmatis excitatores Moſis mandata ſpreuerunt; ſed terra dehiſcens eos abſorpſit, &(vt ſacer habet textus) *Deſcenderunt viui in infernum.* Nu. 16. Peccant in commune bonum, qui pacem reſcindunt, quapropter Deus boni tanti auctor, & tutor, eos ſeuerè percellit: vt ijs, qui hoc crimine ſe ipſos irretiunt, timendum ſit, ne tremendo aliquo genere mortis intereant. Cæterùm licet pacis hoſtibus nihil eſſet metuendum, ipſo pacis bono capi, trahique deberent.

§. IX.

PAx enim adeò eſt honeſta, amoreque digna, vt omninò expetenda, quærendaque ſit, tametſi

eius diuiſoribus nullum immineret ſupplicium. *Tantum eſt enim pacis bonum*, (ait Aug.) *vt etiam in rebus terrenis, atque mortalibus nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremò poßit melius inueniri. De quo ſi aliquantò diutius loqui voluerimus, non erimus, quantùm arbitror, oneroſi legentibus, & propter finem Ciuitatis huius, de qua nobis ſermo eſt, & propter ipſam dulcedinem pacis, quæ omnibus chara eſt.* Hæc Aug. ex quibus effici videtur, vt vel ſublato timore pœnæ pacis violatoribus inferendæ, pax ob ipſius boni magnitudinem, enatamque inde ſuauitatem prorſus optanda, & quærenda ſit: quod vtinam vniuerſi lectores expendant. Veruntamen altiùs mens erigenda, vt ex ijs, quæ in futuro ſæculo pacis aſtructoribus, vel deſtructoribus reddentur, fiat illa ſtudioſior.

Aug l. 19 de Ciu. Dei C 11.

§. X.

REm hanc ipſis S. Aug. ſententijs, ac ver-

ac verbis exprimere ſalubrius eſt. *Deus naturarum omnium ſapientiſſimus conditor, & iuſtiſſimus ordinator* (ait Aug.) *qui terrenorum ornamentorum maximum inſtituit mortale genus humanum, dedit hominibus quædam bona huic vitæ congrua, ideſt, pacem temporalem, pro modulo mortalis vitæ, in ipſa ſalute, & incolumitate, ac ſocietate ſui generis; & quæ huic paci vel tuendæ, vel recuperandæ neceſſaria ſunt, ſicut ea, quæ aptè, ac conuenienter adiacent ſenſibus, lux iſta viſibilis, auræ ſpirabiles, aquæ potabiles, & quicquid ad alendum, tegendum, curandum, ornandumque corpus congruit, eo pacto æquiſsimo, vt quicunque mortalis talibus bonis paci mortalium accommodatis recte vſus fuerit, accipiat ampliora, atque meliora, ipſam ſcilicet immortalitatis pacem, eique conuenientem gloriam, & honorem in vita æterna ad fruendum* Deo, *& proximo in* Deo: *qui autem perperam, ideſt, iniuſtè, nec illa accipiat,*

S. Aug. l. 19. de Ciu. Dei Cap. 13

D

cipiat, & hac amittat. Hæc Aug. Si ergo ita constitutum est, vt è temporali pace ad æternam recto, pioque vsu struatur ascensus; quis adeò ineptiat, vt præsentem pacem, quæ & modo dulcescit, & æterna suauitate remuneranda est, dissipet, aut lentè curet? Stultum profectò est, se ipsum gratis odisse, & consilijs, quæ tam salubria simul, ac delectabilia sunt, nolle acquiescere. Quid enim mortalis homo boni parabit, si boni huius curam abdicet? Quid ei prosit congesta gaza, generis claritas, mortaliumque gloria, si Dei, proximique pax absit, & potentissimo ad ensis ictum subiaceat inimico, Deo videlicet, quem lacessiuit iniuria? Profectò si pax desit vera, bona alia quantumuis pretiosa, velut arentia ligna destinantur incendio. Pacem ergò veram prudens lector perquàm sedulo quærat, sibique ipsi tempestiuè consulat.

§. XI.

SEd respondebit fortasse lector, videri sibi pacē rem sanè pulchram, quæ animos bene affectos permulce-

re possit, rationesque superius productas esse certè neruosas: at se difficulter admodum permoueri posse ad pacem cum ijs ineundam, à quibus irrogatur iniuria: beneque esse, vt pax integra constet, neminemque committere debere, vt prior ipse ansam vllam pacis dissoluendæ præbeat: cæterùm postquàm aliorum culpa discussa pax est, durum profectò videri, offensum hominem offensoribus obuium fieri, verborumque dulcedine, aut etiam muneribus inimicorum pectora mollire; sat esse, si comparato sit animo ad offensores veniam precantes in gratiam, iniuria condonata, recipiendos. Hęc sanè respondent, qui pacis studium non prorsus ablegarunt, sibique non absurdè videntur excipere, quasi perquirendæ pacis metam à Christo ostensam attingant. Verùm audiant ipsi, quàm non attingant. §. XII.

Fateor equidem eos, qui offensores officijs præuenire detrectant, vt modo assertum est, longe ab ijs distare, qui concordiam labe-

factant: sed fateantur ipsi necesse est, se quoque lato internallo seiungi ab ijs, qui Christi doctrinam in hoc genere, vt par est æquare desiderant. Ille quippe, vt nouæ legis perfectioni doctrina congrueret, non bonum dumtaxat erga inimicos requirit affectum, verùm & externa amoris signa, seu beneficia quæ, ad peruincendam proteruiam, efficaciter conferant, sicut scriptum est: *Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Quid autẽ aliud existimatur impẽsum offensori
Matt. 5. beneficium, quàm oblata illi pax ab eo, qui est affectus iniuria? Si ergo hæc Christi mens est, quid causari possit vir christianus, ne hoc ipsum expleat? An causetur non præceptum, sed consilium esse? At quorsum eam excusationem obtendat, qui serio pietatem colere, Christumque sibi propitiare contendit? Quantò est salubrius non parcendo tantùm, sed obduratum animum alliciendo, Dei solem suum super bonos, & malos oriri facientis similitudinem gerere?
Vtinam

Vtinam mortales callerent,quod à Deo ipsis incuriosis passim impenditur ad pacem amissam instaurandam, quo, credo equidem,de animi duritia multum pio iam sensu remitterent.

§. XIII.

EXploratum est ijs, qui peccatoris statum theologicè contemplantur,hominem,ex quo Dei legem grauiter violauit, Deo ipsi inimicum, & exosum esse.Exploratum item est,nihil frequentius, & vsitatius Deo, generis humani salutem procuranti, quàm inimicos gratia præuenire diuina, & saxea corda mollire,quo refertur celebratum illud: *Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Apoc. 3.
Hic Dei mos,quem nos rebus diuinis impares ità concipimus,ac si potentissimus aliquis rex à plebeio grauiter offensus, plebei fores identidem pulsaret,moneretque, optare se

ab illo conuiuio excipi, pacemque sarcire. Hic vsus clementissimi regum Regis, qui peccatorem corde mitissimo ad pacis fœdus inuitat. Si ergo, te inimicum, mortiferis peccatis toties auersum diuina maiestas gratis ad pacem inuitauit; cur prætexis, durum tibi videri, offensorem qui fortasse te iustior est, oblata confœderatione præcurrere? Quænam mentis cęcitas, quam densæ tenebrę, quas tibi propriæ existimationis nimius amor offudit? Nonne perspicis, te, si fortè Dei amicus sis, in diuinæ inimicitiæ statum posse relabi, efficereque, ne gratuito auxilio ad reparandam amicitiam præueniaris, dum offensorem prior salutare, officijsque lenire recusas?

§. XIIII.

PRofectò ratio à Dei inimicos inuitantis more nunc producta, ea est, quæ possit erectas ceruices flectere, si pia attentaque adsit meditatio: verum quo eius vis se prodat apertiùs, promamus exempla in scripturis sacris expressa, quibus

ob oculos ponitur diuinæ bonitatis magnitudo, ad inimicos sibi reconciliandos,& pacandos intenta. Quis nesciat proteruiam Cain,qui in fratrem innoxium vsque ad cædem excanduit, Deique Abel sacrificium probantis iudicium tam indignè tulit? Res planè comperta est:non enim feroci animo sat visum est,vehementer irasci,germanumque fratrem atrociter perimere,nisi & Deo crimen occulere anniteretur. Rogatus quippè, vbi esset Abel, sic turgidus respondit: *Nescio:nunquid custos fratris mei sum ego*? Ecce quàm impudenter rem Deo celare pertentat. Gen.4. Et tamen hunc ferum inimicum adeo blandè clementissimus Deus alloquitur,& ad reparandam amicitiam demulcet, vt idoneos rei tantæ æstimatores in admirationem extollat. Quis enim non miretur verba illa, *Quare iratus es? & cur concidit facies tua?* Et illa: *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur*: An è reconciliatione crudelis inimici

Deus lucrum referret? Cur ergo iratum lenit, & timore mortis anxium tam prouidè tuetur? Quod si Cain exemplum lenitè moueat, meminerit lector Christi Iudæ proditoris pedes abluentis, ad cœnam excipientis, & tenerrimis inspirationibus cor illud adamante durius emollire certantis. Norat mitissimus Dei Agnus, quàm rabidè ipsius necem infelix negotiorum gestor moliretur: & tamen pedes sordidos genuflexus detergit, conuiuam sustinet, dulcissimè affatur, neque ab osculo necem spirantis faciem auertit. Quibus ergo motibus sæuum cor ad fœdus induceret, qui tot apertis oblatæ pacis signis reluctantem mulcere non destitit? Cæterùm exempla hæc litteris sacris expressa sunt; nam quæ passim Deus in homines innumeros Cain, & Iudæ simillimos agat, nec expendi, nec recenseri possunt. Si ergo diuina maiestas efferatos inimicos adeò amanter ad pacem inuitare, beneficijsque vrgere consueuit: quomodò viri christiani tam longè à recto tramite re-

cedunt?

cedunt? Cur tam subtili examine disceptant vter debeat alterum præuenire?

§. X V.

Quorsum accurata hæc inimici præueniendi, vel expectandi perquisitio, qua tepescit animus, dum semel id proximo offensori indulgere detrectat, quod ei Deus passim indulget? Nonne consultius foret, Deum largè parcentem imitari, exemplarque Redemptoris nostri attentius intueri? Audiant saltem disputatores isti Apostolum rem hanc mirificè amplificantem in hæc verba. *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, Obsecramus pro Christo; reconciliamini Deo.* Hæc Apostolus, quibus & Deum præueniendis inimico- 2. Cor. 5.

micorum animis intentissimum, & se Christi legatum conciliandæ paci studentem disertè profitetur. obsecratque legationem obiturus, vt inimici tandem mitescant, oblatamque pacem ne reijciant. Quid ergo prætexet, qui statuit, illatæ sibi iniuriæ sensum minimè deponere, nisi offensor supplici habitu ad pedes prouoluatur ipsius, veniamque impensè precetur?

§. XVI.

AT excipiet Christianus legum mundi sectator, fateri se, pacem inimicis oblatam diuinæ bonitatis argumentum sanè firmissimum esse, quo Dei gloria luculentè resplendet: se tamen hominem esse mortalem, cui ab alijs inter quos versatur, ignauiæ, ac dedecori vertitur, tam liberaliter, offensoribus indulgere: proptereaque non debere se tam sublimis lege perfectionis astringi, vt in aliorum hominum ludibrium cedat. Cæterùm an Dauid despectui habitus, quia Saul hosti acerrimo toties blanditus est? An Apostoli, qui persecutoribus sese tam faciles, mitesque

tesque præbuêre? Profectò Dauid ex oblata pace illustrius, quàm ex Philistæo cæso claruit: & Apostoli ex mansuetudine à Christo eis impensè commendata, qua lupos in agnos sibi similes conuerterunt, clarius, quàm ex permultis operibus alijs splenduêre. Cur ergo existimationis decrementum vir christianus excusat, ne inimicum anteuerso tempore sibi societ, & in fœdus pium asciscat?

§. XVII.

SEd altè reponitur irrogata iniuria, quæ argumenta suggerit pio sensui aduersa. Aiunt quippè, qui honoris momenta subtiliùs, quàm par esset, appendunt, cernere se, viris sanctitate clarissimis, ex oblata hostibus pace, nihil de propria existimatione decessisse: tamen, qui eiusmodi nō sint, potius indè contemni. Sed profectò persuasio hæc falsa est, vt multis posset rationibus euinci, è quibus vna proposito satis erit. Respondeant, rogo, ij, quos famæ tenet desiderium, cur, qui in hostes mites fuere non parcendo tantùm, sed le-

niter ad concordiam inducendo, ab historicis disertius celebrentur, quã alij, qui vsitato more rogati iniurias dumtaxat condonarunt? Profectò nisi illustrius quiddam de illorum, quàm de aliorum virtutibus animo concepissent eorum facta non ita posteritati commendassent. Neque ratio hæc historicorum errori potest ascribi, cum sit hominum vniuerso rum conspiratio; barbaræ, quippè nationes, quæ honestum difficilius internoscunt, viros iniuriæ immemores, qui animos inimicorum officijs deuinciunt, sibique conciliant, tanquam diuinos homines eximijs virtutibus ornatos suspiciunt, ac præconijs efferunt, tantum abest, vt ea de causa illos aspernentur. Quod si exempla nostrorum recentia placeant, mihi compertum est, virum ingenuum, in quadam Hispaniæ vrbe, cuius nomen reticeo, bene impactam ab alio quodam alapam accepisse, cumque offensoris consanguinei, optimatum interuentu, quantocyus accurrentes de offenso placando seriò

riò agerent, veriti, ne, quod accidere consueuit, ad necem vsque offensus excandesceret; respondit ille sedatus, conquiescerent animis interpellatores, & de ipso placando minimè cogitarent: sat se pacatum esse, qui ex quo alapam offensor impegisset, iniuriã Christi amore condonasset: neque vlla ratione timendum, ne iniuriæ sensus inualesceret. Hoc ille sæcularis, cuius virtutem mundo altiorem ciuitas obstupuit, & laudibus extulit: cur ergo prætexitur status, aut non antè parta sanctimoniæ laus?

§ XVIII.

NEquit certè vir christianus quicquam excipere, quo imitationẽ Christi respuat. Etsi enim gratis cõcedatur; offensum hominẽ alijs vilescere eo ipso, quòd facilè parcat, vel inimicũ ad concordiam inducat; qualis hæc excusatio credatur, vt à meliore proposito quis vnquam desistat? Quid obsit hominum vituperatio, si Dei factum probantis commẽdatio constet? Profectò si mortalium iudicia lector vereatur, miles lẽtus,

ac delicatus erit. Vellem profectò eorum saltem recordaretur, quæ vel ipse præstitit, vel ab alijs ob rationes politicas præstari animaduertit, ne, quod modò suadetur, nimis arduum crederet. Respondeat, iam, an in media ipsa curia, viri grauiter ab alijs offensi offensores quandoque præueniant, & ad pacis fœdera prouocent? Respondebit sanè, id fieri solere, quòd nisi eiusmodi facilitas alijs perspecta sit, offensi ipsi proculdubiò censent, neque lucra, neque honores sibi prouenturos. Viri quippè facilè parcentes, multoque magis iniuriæ immemores, & placandis offensoribus assueti, ad gerendam præfecturam idonei existimantur, conciliantque sibi animos, vt communi suffragatione probentur. Si ergò rationibus humanis ad pacem offerendam homines christiani flectuntur, cur non etiam diuinis? §.XIX.

SAlubria ergo consilia mitis lector accipiat, & sibi consulat ipsi, certetque nouos inire modos inducendæ, alendæq; pacis, quos Deus, in

præ-

præsenti vita, auctiore merito, & in futura, præmio cumulatiore repenset. Exprimi nequit, quàm sit accepta laborum remuneratori Christo pax, quod illustribus probauit exemplis, è quibus vnum duntaxat selectum proferam. Gualbertus Florentinus, Ordinis Vallis vmbrosæ institutor, inimico, per Christi mortem, quæ tunc ab Ecclesia celebrabatur, pacem flagitanti non pepercit modo, sed precantem amplexus, germani fratris sui, quem ille interfecerat, loco se accipere dixit. Quod certè factum adeò fuit Deo acceptum, vt Gualberto in Ecclesiam proximã ingresso lignea Christi crucifixi effigies, tanquam ei gratulatura caput inclinarit. Quid hoc exemplo mirabilius? Quid ad pacis studium, & iniurię obliuionem efficacius? §. XX.

NOrunt viri æternæ salutis desiderio incensi, quàm sit grata cõcordia Christo, apud quem gratia valere in primis optant. Quapropter vbi amarum verbum aliquod excidit, quo proximi animus alienari,

nari, vel exaſperari queat, neq; ſomno indulgere, neque cibũ ſumere audeant, niſi præuio pacis tractatu, quo ſedetur cõſcientia cuiuslibet diuiſionis impatiens. Et quidem ſollicitudo hęc timorati animi argumentum eſt, qui propriæ ſalutis curam gerit exactam, ratus ſe non bene cum Dei ſententia cohærere, niſi proximo placato conſentiat. Hoc ſtudium eorũ, qui in cœtibus monachorũ fida legũ obſeruatione, ſpirituſq; cultura florentium commorantur: quibus ipſa mutuæ charitatis, paciſque ſuauitate recreatis, vitæ aſperitas mirificè lenita, & temperata videtur.

§. XXI.

HVc ergo aſpirandum, & longis itineribus contendendum eſt. Si autẽ ſciſcitetur lector, qui fieri poſſit, vt conciues, vel domeſtici huc tã validè incumbãt, cùm paſſim oboriantur mille amicitiæ lædendæ, paciſque perdẽdæ occaſiones, à quibus monaſtica ſtatus videtur exemptus: reſponderi poteſt allato monito vno, quod concordiæ totius caput, & firmamen-

mamentum eſt. Studeant principes, & patres familias Dei amorem, & cultum ciuium, domeſticorumque animis imprimere, vt Reſp. domuſque priuatæ diuinam maieſtatem ſerio colant: & hoc præſertim ſtudio pacis ſtabilimentum ſibi polliceantur. Si enim ciues, domeſticique Deo concordes ſint, erunt proculdubio inter ſe concordes, iuxta illud à Philoſophis, & Theologis celebratum: *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.* Hac quippe de cauſa, vbi litigatores, aut competitores duo altercari pergunt, neque ſubeſt concordiæ ſpes, compromittunt, referuntque rem totam ad tertium aliquem, cuius arbitrio dum præbent aſſenſum, mutuò quoque inter ſe conſentiunt. Si ergo nauetur opera, vt ciues, domeſticique Deo aſſentiantur, porrò & inter ſe concentu pietatis miro conuenient.

§. XXII.

Conferet prætereà plurimùm ad ſtabiliendam pacem teſtatus eorum, qui præſunt, amor: ſi nempe

ſubeant

ſubeant illi onera, ſibique minimè parcant, vt inter ſe fœderatos ſubditorum animos in officio contineant. Hoc quippe Chriſtus, Princeps pacis mirabili ſuorum vulnerum, mortiſque pro nobis perlatæ conuicit exemplo, è cruce pendens, vt Rex Pacificus appellaretur, & eſſet. Etenim, vt punicum malum, non abſque ſignificatu à natura coronatum, ſpõte ſua dehiſcit, & velut dirumpitur, vt grana inter ſe cohærentia, aſtrictaque concreſcant: ità Chriſtus punico notatus, aculeata tunc corona rigens, vltrò in cruce vulneribus perfoſſus patuit, dirumpique voluit, vt homines intra ſe quaſi conceptos mutua amoris confœderatione conſtringeret, qua illi coaleſcerét, & incrementa pacis acquirerent..

§. XXIII.

HOc noſtrum exemplar, quo mentis acies, quo verba, factaque intendenda ſunt, vt pax multiplici fructu fœcunda, lætaque perduret, Huc iugis oratio, & quotidianum

num Sacrificium, quo maiestas diuina placatur. Huc frequenter sumptũ alimentum Eucharistici panis, qui est, tanquam membrorum Ecclesiæ vinculum, habetque vim discordiæ quidem expultricem. Hæc profectò, si fida obseruatione præstentur, perstabit sanum & vegetum Ecclesiæ corpus, bene compactum, firmiterque munitum, vt externos incursus valida conspiratione propulset,

Oratio Ecclesiæ.

Deus; à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum D. N. Amen.

FINIS.

INDEX



INDEX.

PARS PRIMA.

DE PRAENOTIONIBUS.



PARS SECVNDA.

De nonnullis è potioribus pacis fructibus.

Fertili-

PARS TERTIA.

De selectis aliquot pacis quærendæ, ac tuendæ modis.

PARS QVARTA.

De ijs, quæ pacem præcipuè deterunt.

Ambi-

INDEX.

PARS QVINTA.

De pacis perfectione.

PARS SEXTA.

De perſuaſione pacis.